

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Contra Manichaeam Romanorum Pontificum
Potērioklepsian, Et Sacrilegam violationem Testamenti
Christi**

**Fröreisen, Isaac
Haas, Jodocus**

Argentorati, 1620

"Thesis I. [...]"

[urn:nbn:de:bsz:31-128913](#)



בשְׁבָת אֱלֹהִים

THEISIS. I.



Vanius invicta semper maneat veritas (verba sunt Maxentij Johannis servi Dei in Resp. pro Monachis Scytharum) nunquam tamen aduersus eam se attollere definit falsitas: Id quod exemplo suo perspicu satis hactenus probavit, & adhuc quotidie probat colluvies illa jesuitica, & Pontificiorum gens idololatrifica: Quæ dum veritatem inscriptis Prophetarum & Apostolorum fundatam, non modò non audit, verum totis viribus, frustratamen, revertore conatur, pictis & fictis suis traditionibus, cultibus idololatricis, distinctione & additione, sinistra & falsa Scripturæ interpretatione, aduersus eam, attollere sese nefario ausu fatagit.

I.

Vnde si quis ex prescripto B. Johannis 1. Epist. c. 4. v. 1. probet Spiritus illos Papales, eorumque doctrinam institutâ collatione, cum propugniosis hereticorum Veterum dogmatis probè examinet: deprehendet, sanè, eos adeò non ex DEO esse, ut portas illi ipsi Pseudoprophetæ censendi sint, quos in mundum exituros Apostolus prædixit: Et in quos omni ex alse quadretid, quod de Ebionau Epiphanius heres: 30. scriptum reliquit, eos Universum quicquid horrendum est ac perniciosum, abominabile informeque, & incredibile, ac odio plenum, id à singulis accepisse, & se ipsis in eos informasse.

II.

Quod verissimum esse jam ante ducentos, atque ita dudum ante divinæ ac necessariæ reformationis per B. Luherum factæ tempus, agnovit, Franciscus Petrarcha Epist. 20. Papæ curiam matrem appellans omnium idolatriarum, & scismaticorum, nec non asylum heresum & errorum: plurimis omissis aliis, hac vice exemplum præbent, dictumque confirmant Manichæi heretici, de quibus testatur Leo 1. Sermon. 4. de

quadragesima citante Bellarm.lib.4.de Eucharist.c.24.5. Quarta ratio:
quod nunquam communicarint nisi sub specie panis,
sanguinem autem redemptionis haurire omnino decli-
naverint.

I V.

Hoc non modò Pontificij idem faciunt: sed etiam Antichristiano spi-
ritu spirante minas & cædem, Romanus Pontifex ad culmen Dominatus
sui evectus, sicut filij perditionis privilegio: 2. Thess. 2. vers. 4. per
GRANDE SACRILEGIUM (quemadmodum divisio unius ejusdemq; myste-
rii appellatur à Gelas. de consecrat. distinct. 2. Canon. Comperimus.) ma-
jorem Ecclesiæ partem (quæ Laicorum & clericorum non conficien-
tium nomine indigitatur) fraude primum & dolo, tādem verò ante, bi-
na demum secula, manifestavi, iniquā legelatā in Concil. Constat. Jeff.
13. non obstante Christi institutione, & antiquæ Ecclesiæ
consuetudine, Dominici & benedicti Calicis de peculiatus est; in ho-
diernum diem spoliat & secus docentes, anathematis fulmine ferit:
Jeff. 5. Concil. Tredent. Canon. I.

V.

Contra hanc SACRILEGAM ποτηριονλεψιαν, quam tam perti-
naciter (qui modus hæreticorum proprius est: teste Augustino Contra
adversarios leg. & Propb. Capitu) propugnant, & modis omnibus colo-
rare eius turpidinem satagunt: brevem quandam diaconie in institutur:
hoc formamus ζητεμενον.

V I.

An non Sacra Coenæ mutilatio (quā altera essentialis ultimi
Testamenti Christi pars, ab eodē instituta, & communi, totius Ecclesie
cujus Sacraenta propria sunt, usui, ut necessaria, proposita ac præcep-
ta Laicis & Clericis non confientibus eripitur) sit sacrilega
ποτηριονλεψια, per Papam & ejus Asseclas ausu Antichristia-
no contra Christi institutionem, præceptionem, Eccle-
siæ sacram traditionem, admissa? Jesuitæ non modo in-
ficiabuntur: sed etiam cum Bellarmino lib.4.de Euchar.c. 24. clamita-
bunt, nos Romanam Ecclesiam, apud nostros accusare, ac si sub altera tā-
rum speice communicando, contra expressum DEI mandatum populum
usu calicis privet. Nos affirmamus: Et ut juxta Augustini effatum ipsius
rei evidentia ad sui demonstrationem valeat, sequentibus probamus
propositionibus.

Qua-

VII.

Quarum. 1. Ποτηριον κλεψαν ipfa rei natura vocisq[ue] significatio Sacrilegij arguit. Est enim 1. *Sacrilegium* nihil aliud quam tei Sacré violatio & abalienatio: Vnde 2. *Innocentius Sacrilegium* dictum putat quasi Sacra laedium, adeo ut qui *Sacrilegium* facit faciat & furtum, ait *Quint. l. lib. 5 cap. 10.* 2. teste *Thoma 22. q. 99.* *Sacrilegium* est nihil aliud, quam id quod sit ad irreverentiam rei sacræ: 3. *Isidorus Hispalensis lib. 10. Etymol. lit. S.* *Sacrilegium* dicit esse ab eo, quod Sacra legit, id est furatur: *Sacramentum autem 1. esse rem sacramissimam neque ipsi Pontifici audient negare, dum itaque alteram speciem *Sacramenti auferunt, rem Sacram irreverenter tractant & violent: *Sacrilegium* igitur admittunt.**

VIII.

2. Ad irreverentiam *Sacramenti* fit, si voluntate testatoris, ipsa morte confirmata, contemta, pars essentialis testamenti hereditibus detrahitur: unde 3. colligitur a minori ad majus progressionem: Si hominis testamento, quando morte testatoris confirmatum est sine *Sacrilegij* crimine nihil licet addere vel detrahere, multò minus in filii DEI Testamento, quod in ea nocte, qua traditus, & oblatione corporis & sanguinis sui effusione obsignavit, in quo cœlestia & æterna bona Ecclesie suæ legavit, id cuiquā homini, ac ita nec Papa nec ulli eius cōcilio licitum erit: prius verum est teste *Paulo Galat. 3. v. 16.* ergo & posterius. 4. Ob id etiā spiritualis furti epitheton effugere nequeunt, dum verba Christi institutionis & alteram. SS. Eucharistiae speciem furantur & pro suo somnio tractant: *quia omnis, qui aliunde ascendit fur est & latro Iohann. 10. v. 1. Ierem. 23. v. 30. & 32. Ecce ego inquit Dominus ad Prophetas qui furantur verba mea qui assumunt linguas novas, somniantes mendacium.*

IX.

Neque hic impenitentio aut obstaculo nobis est Bellarminus, dum lib. 4. de *Euchar. Sacr. c. 27.* conatur evincere tanum, de modo & non de Substantia seu Essentialibus *Sacramenti* partibus controversiam esse idcirco hereditatem nobis relictam non esse panem & vinum, sed corpus & sanguinem: 1. enim Calix pars est divinæ institutionis, cum ergo ad verba institutionis obligamur, Christus verò non solum manducationem corporis sui mediante pane, sed etiam bibitionem sanguinis sui mediante vino instituit: Elementum sive symbolum externum in *Sacramentis* non est accidentaria quædam circumstantia, sed pars essen-

tialis ad materiam Sacramenti pertinens. II. teste Irene lib. 4. ca. 34.
Eucharistia constat duabus ferebus: terrena pane scilicet & vino, ac celesti; corpore scilicet & sanguine Domini & Augustinus dicit accedat verbum ad Elementum & sit Sacramentum.

X

3. Bellarminus suo se jugulat gladio, dum Sacrificium Missæ quod tamen purum pūtum figuratum humanum, non posse esse perfectū sine utraque specie affirmat, dicens lib. 4. de Euchar. cap. 22. *Sola species panis non representat exacte Christum, ut mortuum, nisi ab altera parte conspiciatur sanguis ut effusus.* Et similiter *sola species vini non representat sufficienter Christum ut immolatum, non enim solus sanguis est victimæ;* & paulo post: *sine sanguinu effusione non fit remissio Hebr. 9. ver. 22. neceſſe igitur fuit, ut per sp̄cū representaretur sanguinis effusio.* Si hoc igitur necessariū, in figura ejusmodi Antichristiano quanto magis in Eucharistia Sacramento, quod nūtitur non humanis, sed verbis Christi Servatoris nostri claris & perspicuis, quæ judicabunt nos inno-
vissimo die: Iohann. 12. v. 48. adde quod Durandus l. 4. rat. divin. offic. cap. 24. n. 13. cum aliis Scholasticis asserat speciem vini ad integritatem Sacramenti pertinere, qua causā etiam moti Imperator, Rex Galliarum, Dux Bavariae qui per suos Oratores à Paterculis Tridentinis Calicis S. restitu-
tionem petierunt,

X I.

Proposit. II. Ποτησιανεψια è diametro contraria est insti-
tutioni Christi, cuius hæc expressa voluntas, ut omnibus
convivij hujus sacri hospitib., utraq; species distribuatur.
Propositionis hujus pars prior est de Institutione Christi, quam pro-
pterea argemus, quia 1. extra omne dubium est Christum in ea no-
ste, quæ traditum est, SS. Cœnam tuam instituisse: ut verba clare te-
stantur: 2. quia Institutio illa continet verba & mandata Chri-
sti, quæ sunt audienda. Hic enim est Filius dilectus, quem unum & So-
lum J E H O V A cœlitus audiendum præcepit. Luc. 9. v. 35. Matt. 3. v. 17.
est enim ipsa veritas: Iohann. 14. v. 6.

X I I.

3. Quia sola verba institutionis Christi propria & vera sedes con-
troversia, & unica norma & regula esse dicuntur, juxta quim ratio-
nem administrandi, dispensandi, & usurpandi Sacramentum Eucha-
ristia, quod ad substantiam ipsam attinet, judicare debemus: Sacramen-

26.

ta enim non natura creantur, vel humano artificio formantur, sed institutio Filij Dei accedens ad Eum mēta ab ipso ordinata, facit Sacra menta.

X I I I.

Posterior propositionis pars est de mandato & voluntate Christi: I. enim uno consensu & constanti sermone testantur tres Evangelisti & D. Apostolus Paulus. i. Corinth. ii. Christum mandasse & praecepisse discipulis, ut utramque speciem acciperent, dicens non tantum de pane benedicto, verum etiam de calice. *λαβετε φαγετε πιετε τοῦ ποτητοῦ: quæ sunt verba imperantia: II. Matthæus refert Christum non de pane dixisse, manducate hoc O M N E S: verū de calice, bibitet ex hoc O M N E S, & Marcus c. 14. item non dicit manducaverunt O M N E S sed biberunt ex eo O M N E S, Quasi Spiritus Sanctus (ut inquit B. Lutherus Tom. 2. Ienens.) Lat. fol. 275. futurum hoc schisma præviderit, quod calicis communionem prohiberet aliquibus, quem Christus omnibus voluerit esse communem.*

X I V.

Neque hic curamus quod Bellarminus lib. 4. de Euchar. c. 25. regerit: Particulam O M N I S non esse Universalitatis notam, cum se non extendat ad Iudeos Ethnicos, gentiles & impios, sed loqui de aliquo cerro genere; Sacerdotibus scilicet: I. enim concedimus quidem particulam illam non absolute esse Vniversalē, sed secundum quid, & intelligi de omnibus convivij sacri hospitibus, qui se possunt probare: II. Intelligi de omnibus veræ Ecclesiæ membris, quia Sacra menta sunt bona Ecclesiæ, extra Ecclesiam autem nulla est salus, neq; margarita sunt obijcienda porcis, nec sanctum dandum canibus Matt. 7. v. 6.

X V.

3. Negamus particulam illam O M N I S restringi tantum ad Sacerdotes: nam 1. quos corporis sui Christus vult fieri participes, eosdem & sanguinis sui: sed O M N E S convivij hospites vult participes fieri corporis sui Matt. 26. v. 27. 2. D. Apostolus 1. Cor. 11. v. 28. dicit δοκιμαζέτω αὐδρόπεπτος εαυτὸν probet autem homo seipsum & sic de pane edat & de poculo bibat: ubi vocabulum αὐδρόπεπτος non de sacerdotibus tantum: sed de omnibus convivij hospitiis, qui se probare possunt, tam viris quam mulieribus est intelligendum, siquidem vocabulum αὐδρόπεπτος, phrasi Hebreæ, pro quibusvis hominibus usurpatur: 3. discipuli Christi tūm non erant confidentes & Sacerdotes, sed communicantes, & representabant totam Ecclesiam: 4. pro Sacerdotibus tantum sanguis Christi effusus & non pro Laicis, impium blasphemum est dicere!

4. Por.

X V I.

4. Potrò Sanguinem Christi & què ac Corpus ex mandato eius
O M N I B U S communicantibus distribuendum esse, innuit etiam par-
ticula *σταύρος*, quo utuntur *Lucas c. 22. v. 20.* & *D. Apost. Paulus i. Cor.*
11. v. 25. significat enim illa similiter seu *eodem modo*: unde colligitur:
quomodo Christus Corpus suum cum benedicto pane, eadem ratione
& non aliter sanguinem suum cum benedicto calice distribuit: Res-
pondet etiam inani huic effugio, *B. Lutherus Tom. 2. lenensii Lat. pag. 275*
tali syllogismo. *Totum sacramentum seu utraq. species in Cœna Domini*
aut datum est solis Presbyteris, aut simul Laicis. Si soli Presbyteris, iam
nullo modo licet ullam speciem dare Laicis: non enim temere dandum est
cui Christus prima institutione non dedit: si simul Laicis jam inevitabili-
ter sequitur Laicus non debere negari utramq. speciem: quod si denegetur
dari potentibus, impiè & contra Christi factum, exemplum & institutio-
nem agitur.

X V I I.

Proposit. III. Πεπριωκέθιa adversatur praxi Apostolo-
rūm, primitivæ & purioris Ecclesiæ observationi consue-
tudinique quæ semper sub utraq; specie communicavit.
Nam I. eo modo quo Christus instituit, eodem etiam, ut to i Ecclesiæ
traderent: præcepit: *Hoc F A C I T E in mei commemorationem: &*
Matth. 28. vers. 20. hoc mandato ablegaviteos in Universum mundum:
docete eos servare O M N I A Q U A C U N Q U E præcepi vobis, certi-
fissimum autem est, Apostolos institutionem & voluntatem Christi non
mutasse: siquidem D. Paulus Ador. 20. v. 27. expreſſe dicit ad Presbyte-
ros Ecclesiæ, non subterfugi quominus annuntiarem vobis O M N E con-
silium D E I.

X V I I I.

2. Apostoli ipsi etiamsi viderent sanguinem à corpore Christi, cù
calicem ipsis præberet, non esse separatum, citra omnem tamen disqui-
sitionem rationum, & prætextu periculi, simplici obedientiâ Christo
obtemperarunt: & calicem acceperunt: ut testatur *Marcus c. 14. v. 23.* &
biberunt ex eo O M N E S: 3. idem evincit testimonium D. Pauli, qui
1. Cor. 10. v. 15. & 11. v. 22. & 23. non nudè & historicè tantum recitat
verba institutionis, sed ut errores & abusus quosdam in Ecclesia Co-
rinthiacâ qui circa administrationem SS. Cœnæ irrepserant ex iis tan-
quam norma & regula corrigeret: neque tantum Presbyteris, sed T O-
T I Ecclesiæ Corinthiacæ utriusque speciei usum, & dispensationem
tra di

tradidit: & tradidit non auctoritate propriâ, sed quia à Domino nostro
IESV CHRISTO jam exaltato ad dextram DEI ita accepérat.
Cor. ii. v. 23.

XIX.

Neque primitiva Ecclesia utriusque speciei dispensationem mutavit: 1. Satis liquet exemplo Corinthiacæ Ecclesiæ; licet enim Apostolus Paulus Epistolam suam præcipue quid in Corinthis consecravit aliis tamen Ecclesiis etiam communis dicenda: ut patet *ex cap. i. v. 2.* Ecclesiæ DEI quæ est Corinthi &c. Vna cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri IESV CHRISTI, in quovis loco, vel suo vel nostro. Quidquid ergo Corinthiacæ Ecclesiæ, id etiâliis facere præcepit 2. Veteris Ecclesiæ consuetudinis meminerunt Cyprianus lib. 2. Epistola 3. In calice Dominico sanctificando, & plebi ministrâdo: Hieronymus Comment. in Sophoniam Tom. 6. c. 3. Sacerdotes qui Eucharistiæ serviant, & sanguinem Domini populo eius dividunt.

X.

3. Testantur hoc idem ipsimet Scriptores Pontificij. Rabanus lib. 1. de Institut. Clericor. ad Heilolphium c. 31. scribit. Tunc enim vere & salubriter corpus & sanguinem Christi percipimus, si non tantum volumus, ut in Sacramento carnem & sanguinem Christi edamus, sed usque ad spiritus participationem manducemus & bibamus: & paulo post. Nec enim in Sacramentis aliud offerri licet, nisi quod Dominus ipse constituit, & suo exemplo facere nos docuit: Conc. Trident. Sess. c. 1. Et si Christus Dominus in ultima Cœnâ venerabile hoc Sacramentum in panis & vini speciebus instituit & Apostoli tradidit: Eccl. 2. licet ab initio Christiana Religionis non infrequent utriusque speciei usus fuisset: Georgius Cassander Consul, de articulis religionis inter Catholicos & Protestan. controversis, hæc verba habet. de administratione SS. Sacramenti Eucharisticæ sitis compertum est. Universalem Christi Ecclesiam in hunc usque diem, occidentalem vero seu Romanam mille amplius à Christo annis, in solenni presertim & ordinaria hujus Sacramenti dispensatione, utramq; panis & vini speciem omnibus Ecclesiæ Christi membris exhibuisse.

XXI.

IV. Propositio ποτηριωνεψια repugnat toti doctrinæ Evangelicæ, surripiens fidelibus consolationem: Nam I. dicit CHRISTUS, suum sanguinem fundi pro remissione peccatorum: quibus ergo non datur sanguis, pro ut CHRISTUS instituit, etiam sanguinem, pro remissione suorum peccatorum, esse fusum, certo cre-

B

dere non possunt. Ideo enim **C H R I S T U S** Sacramentum instituit, ut si ob signatio omnium beneficiorum, N. T. utque ea ob signatio, sicut firmior & illustrior, sub utrâque specie panis & vini, corpus & sanguinem suum exhiberi voluit.

X X I L

2. Non panis, sed calici Christus dulcissima illa verba **Bibite ex eo omnes hic calix est novum Testamentum in meo sanguine** peculiariter annexa esse voluit, ut testaretur, se nobis in hoc poculo exhibere illum ipsum sanguinem, cuius effusione acquisitum, stabilitum, & confirmatum est N. T. & qui nos emundat ab omni peccato i. **Ioh. 1.** Neq; hic admittimus prophetas cavillationes Pontificiorum, **quasi nulla necessaria gratia fraudemur, etiam si unam speciem solam accipiamus,** licet **C H R I S T U S utramq; instituerit.** Non enim de vini, vel specie, vel substantia potissimum agitur, sed de dulcissimis verbis, qua Filius D E I sua voce connexa esse voluit communioni calicis, vt inquit D. Chemnit.

X X I I L

V. Propof. Περὶ τοῦ εὐλόγου aduersatur sanæ rationi. Nam I. Si potest una pars tolli, potest & pars Baptismi, & pœnitentiae eadem autoritate tolli; Et quidquid **C H R I S T U S** unquam statuit, potest partim tolli: si non potest, nec illa pars tolli potest: II. partes essentiales ab essentia ipsa auferri nequeunt: aliás ipsa quoque essentia auferretur: sunt autem panis & vinum pars materialis quæ est causa interna, & ipsam constituit essentiant: teste etiam ipso Bellarmino lib. 1. de Sacrament. c. 18. dum inquit inter alia: **E t h o d u m r o t u m v e r b u m cū sua significatione est forma: & rorū Elementum cum sua significatione est materia:** & lib. 4. Euchar. c. 22. §. ultraq; **Quocirca duo illa signa species videlicet panis, & species vini, non tam essentiales, quam integrales partes hujus sacramenti esse videntur.** Ergo que madmodum neq; panis, ita neq; vinum ab Eucharietiæ Sacramento tolli potest.

X X I V.

3. Si sub qualibet specie totus est **C H R I S T U S**, (ut omnino est, non autem ratione falsa cōcomitantia, de qua postea) sequitur etiam Pontificios totum Christum dare & etiam rapere Laicis, quemadmodū **B. Lutherus demonstrat Tom. 6 Germ. 1enen fol. 343, in sententiis contra Obstantiense concilium dum inquit: prop. 80.** Aber es sey vnder einer gestalt, was sie wöllen, dennoch ist's war, des ich nicht so vil vnder einer gestalt, als vnder beyden empfahre. 81. den vnder einer gestalt empfahre ich den

den halben vnd Verderbten befahl Christi: vnd der benden aber den ganzen
befehl: was sagst du darzu? 82. Ists aber war das vnder Brods gestalt
der ganze Christus zu glauben ist: So ists vnder weins gestalt auch gewiss
der ganze Christus zu glauben: 83. Darauf folget daß die Obständer/
ben in dem sie de ganzen Christum vnder Brods gestalt geben nemen
sie widerumb den ganzen Christum vnder Weins gestalt: 84. Also können
solche neue selkame Heyligen zu gleich den ganzen Christum
geben vnd doch mit geben wider ganz nemen: 85. Die mecklen Hens-
sen Gebers Nemers geben sie es / so nemen sie es vnd möchten mit dem
Pfaffen von Kalenberg sagen / kommen sie so kommen sie nicht / kom-
men sie nich/sokommen sie.

X X V.

VII. *Proposit. Notitia ecclesiae est inventum pure putè Antichristianum, & nititur tantum humanis somniis, nempe figmento concomitantia: Quod enim Primo ab Ecclesia Pontificia ratione sua sit inventa, patet ex Constantiensi Concilio anno 1415. Constantia habitu JOHANNI HUSS fatali: & Trident. repetitione ac confirmatione: sic enim Trident. Concil. Sess. 5. c. 2. statuit Quare agnoscens Sancta Mater Ecclesia, hanc suam in administratione Sacramentorum aut horitatem, licet ab initio Christianæ religionis, non infrequens utriusq. speciei effusus, tamen progresu temporis latissime jam mutata illa consuetudine, gravibus & justis de causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi, approbat, pro lege habendam deservit: quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesia autoritate, pro libitum mutare non licet. Hinc illæ lachrymæ! V. rum consuetudini huic, malitioso potius abusui, ut occurramus sufficit jam nobis illud Augustini In Quest. V. & N.T. si ad solam longam consuetudinem, vel ad antiquitatem respiciendum est. possumus & homicide & adulteri, & similes flagitia sua, ita defendere, quia & antiqua sunt.*

X X VI.

Et digna sunt verba P. Lutheri, hic ut adseramus, quæ habet supra ci-
tato loco propos. 45. Hab Dank du lieber Kuckuck/ daß du so seich dei-
nen eygenen Namen auf schreyst/ und rühmest/ daß du wöllest der
Christ sein/ der wider/ vnd über Gott selbs sisest/ vnd herz-
schen in seinem Tempel oder Kirchen: & propos. 47. Wolan
Gott wolte beyde Canones vnd Canonisten zu nicht machen/ die uns
Lehren wollen/ daß die Kirche Gottes solle Regiret werden/ mit dem

Spruch gewonheit: solle das recht sein/sagen doch die Juristen selbs.

Composito late facenti quælo ciba te

Quivis exclusum crimen per temporis usum & propos. 50. Also
Zeigen sie selbs öffentlich wider ihren eygenen hals/das sieder rechte
wiederstand Christi sind / vnd die Herren von Obstänzer Concilio
Hessien/die da Christum nich allein Verachtten / sondern auch Ver-
damnen.

X X V I I.

Deinde quod nitatur totiusq[ue]d[em] tantum humanis somniis, figura-
mento nempe falsæ & fictæ & meretricio eccl[esi]e pietæ Concomitan-
tiae: inde elucet I. quia non continetur in Sacra Scriptura: II. con-
trariatur Unioni sacramentali: dicit enim Christus porrigendo panem
acipite, comedite, hoc est corpus meum: & acceperito poculo dixit bi-
bite ex hoc omnes, hic enim est sanguis meus N.T. qui promultis &c.
& D. Paulus 1. Cor. 10. ver. 16. scribit: Poculum benedictionis, cui benedicimus,
nonne communicatio sanguinis Christi est? panis quem frangimus,
nonne communicatio corporis Christi est. non enim ex naturali aut per-
sonali unione hic judicandum est, quarum neutra dissolvitur, & proin-
de licet, sub distinctis speciebus Eucharistia celebretur, non tamen
corpus mortuum & exanguine, sed verum, vivum corpus exhibetur, vi-
verborum Christi, quæ sunt verba viva & non mortua Ioh. 6. v. 63. Qua-
lis enim in cena fuit dicens, tale etiam fuit ipsius dicere: divinum scilicet
& essentiale: Deus enim non verba, sed res loquitur.

X X V I I I.

VII. Propos. Neque penes illum Pontificem vel Concilium
in Ecclesia est, institutionem Christi mutare: alteram speciem SS. Eu-
char. Laicis, contra expressa verba CHRISTI, vi eripere fraudulen-
ta: Nam I. Habemus hic certam Normam & regulam, in qua sedes
materiæ continentur, secundum illam igitur, & ex illa SS. hoc convi-
vium celebrandum & instituendum est: iuxta illud Esaiæ 8. v. 20. ad le-
gem & ad Testimonium, quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit
eis matutina Lux. II. quia est contra severum mandatum, & mani-
festam voluntatem Divinam: Deut. 4. v. 2. non addetis ad verbum, quod
vobis loquor, nec auferetis ex eo, Ioh. 5. scrutamini scripturas. Galat. 1. v. 8.
Si vel angelus de cœlo vobis prædicaverit aliud Evangelium, prater id,
quod prædicavimus vobis, anathema sit.

X X I X.

3. Quando Papa & concilia aliquid contra Sacram Scripturam
sta,

statuunt, non habent Spiritum Sanctum, quia non sunt congregati in nomine Jesu, ergo neque ipse, neque Spiritus Sanctus sunt in medio illorum Matth. 18. v. 20. neque sunt discipuli Christi, quibus datur Spiritus S. Ioh. 20. v. 22. discipuli enim Christi sunt, qui manent in ejus sermone, juxta illud, *Si vos manseritis in sermonem meo, verè discipuli mei es* & cognoscetis veritatem: Ioh. 8. v. 31. & 32. quia igitur non habent Spiritum Sanctum, illorum de cœta sunt mera figmenta & traditiones humanæ, fruſtrā autem colitur D E V S p̄cepti⁹ hominum Matt. 15. v. 9. quia non cognoscunt veritatem, mera mendacia proferunt: omne autem mendacium ex diabolo est, qui est pater mendacij Iohann. 8. ver. 44. Cum itaque Papa & Concilia loquuntur ex diabolo, illorum potestas & authoritas non est, ut verba Christi mutare & nova fingere, vel posſint, vel debeant: Ioh. 14. v. 30. princeps mundi huius in C H R I S T U M non habet quidquam: Ergo eorum figmentum de communione sub u-nâ non audiendum, sed tanquam πτυχία Sacilega & diabolica, damnanda, reiicienda, & detestanda est.

X X X.

Cum itaque Ποτησιοκλεψία tantis scateat malis, non immerito, ut Dn. D. Chemnitius refert, per multos annos rotius Christiani orbis, non tacitum gemitus, non obscura suspiria, nec priuata tantum disputationes, sed communes querela, & publica flagitationes, omnes Ecclesias, atq[ue] adeò, quod dubium non est, ipsam etiam cœlum impleverunt: Neque nostri tantum, offensis firmissimis ac evidenterissimis, ex verbo D E I fundamentis & rationibus, tremuē & magno Zelo, cum voce sum scriptū hoc egerunt, verum etiam inter illos, qui Pontificis partibus additi sunt, ipsa rei evidētia hoc effectum est.

X X X I.

Quod citra quam plurima testimonia & exempla alia patet ex responsionibus Ordinum Austriacorum, ad Edictum Ferdinandi Regis, quo ipsis iniungenteret, ne quid in Euchariſtia Sacramento mutaretur, utque pro veteri consuetudine, qui Cenam Domini perciperent, altera, quam vocant, essent contenti specie: Verum ipsi cum ante non semel interpellassent Regem, per Epistolam aliquam admodum demissę, per omnia sacra, per gloriam D E I, perque eorum salutem rogabant, adductis multis argumentis, ut juxta C H R I S T I mandatum & institutum, ac Veteris Ecclesia morem eis concederetur integræ cœnæ perceptio, ut legere est apud Sleidanum lib. 25. Anni 1554. Vide plura in hac sententiam, quæ de multis utiliter monere possunt, *Orationes An-*

drae Dudithy in Concil. Trid. habitas, una cum literis Ferdinandiad
Pium IV. de C. tice permittendo & Alberti Bavariae Ducis ad eundem
Papam de eodem negotio scriptu, editu Ofenbachy. Ann. 1620.

X X X I I.

Cum vero verbum DEI maneat in eternum, nec Ecclesiam suam
DEUS unquam deserturum promiserat Matth. s. v. 18. Marc. 13. ver. 33.
dicitur Aegyptiaco - Papalibus tenetibus: Ecclesiae avidissime deside-
rantu integrum Eucharistia administrationem, per electum organon
suum B. LUTHERUM restituit restitutam propagavit: propagatam
hodierno adhuc die conservat, ut in Ecclesiis reformatis integro Sacra-
mento uti fidelibus liceat.

X X X I I I.

Quam falsò autem Bellarminus B. Lutherò eiusque Symmystis im-
putet lib. 4. de Euchar. c. 20. quod communio nem sub una concesserit,
sapientius ea de ressentientiam suam mutari patet ex iis, que Lutherus
contra authores Norwegorum scripta reliquit, Tom. 6. Ien. Germ. fol.
343. Also ist beider gestalt der Kirchen genommen: Erstlich durch des
teufels list wie ein schläng herein Geschlichen / darnach durch gewalt/
wie eines wütigen Löwens über fallen: & Tom. 3. Germ. fol. 385. & 386.
invictissimis rationibus probat Eucharistiam sub utraque specie cele-
brandam esse: & Tom. 2. Ien. Lat. fol. 275. Dicant mihi quæso, cur
Laicis licet dividi, & solis eis non dari integrum Sacramentum? Non-
ne suomet testimonio confitentur, aut Laicis dandam utramque spe-
ciem, aut una specie non dari integrum Sacramentum: Quomodo in
Presbyteris non est Sacramentum plenum, una species & in Laicis est
plenum? Quid mihi arbitrium Ecclesiae & Potestas Papæ
hic jactatur? Nonne per hæc solvuntur verba DEI & te-
stimonia veritatis?

X X X I V.

Id. Ibid. fol. 276. Concludo itaque: Negare utramque speciem Laicis
esse impium & Tyrannicum, nec in manu ullius angeli, nedum Papæ
& concilii cuiuscunque. Quæ itaque B. Lutheri de communione sub
una fuerit sententia, ex his & aliis quam plurimis, quilibet nisi anno 1520
anno 1521, aut planè malitiosus sit abunde cognoscere potest.

X X X V.

Si quæ porrò rationes alia pro obtainenda & confirmationa com-
munione sub utrâque; & quid ad cavillationes & exceptiones alias
pon-

Pontificiorum respondendum, videbimus dante D E O, in ipsa collatione, C H R I S T V S I E S V S redemptor & Salvator noster, quis sanguine suo pretioso, & morte crucis testamentum confirmauit, & verum corpus suum, ac verum sanguinem sub pane & vino in remissionem peccatorum, & confirmationem fidei dedit: custodiat nos ab impiis temptationibus. Uerius dogmata: conserver apud nos verbum suum sincerum & Sacramenta impolluta, ut per fidem in ipsum, iisdem confirmati, tandem cum ipso Triumphemus in cœlesti paradyso. Cuicumcum Patre & Spiritu Sancto sit laus, honor & gratiarum actio in Secula Seculorum Amen.



S. min. V. m. T. ex προσίνη.
S. min. V. m. T. ex προσίνη.
I.

Absurdissimum Paradoxon esse statuimus, Papam, cum totam Ecclesiam docet in his, quæ ad fidem pertinent, nullo casu errare posse. Id quod tali probamus dilemma te: aut Gelasius erravit, dicens, distinct. 2. Canon. Comperimus, divisionem unius ejusdemq; mysterij sine grandi sacrilegio provenire non posse: aut verū dixit. Si illud, infallibiliter sequitur propositionem illam Bellarmini, quam habet lib. 4. de Pontifice Rom. cap. 3. esse falsam: aut Papas, qui à tempore Constantiensis Concilii cathedram occuparunt, omnes errasse: & quod hinc sequitur, fun-

fundamentum doctrinæ Papisticæ , quod,
disputantibus Jesuitis , subjectivè in ipso
Papa est , esse lubricum atque fallibile : ac
proinde nullam Papistam,quà talem,in sua
religione esse certum.

I I.

Per interpretationem Papisticam ver-
borum Sacræ Cœnæ, tolli statuimus, & am-
bas partes terrestres; Panem & Vinum , &
alteram partem Cœlestem sanguinem.

I I I.

Apud Pontificios, conscientia non læsa
uti quis posse Sacramento Cœnæ negamus.

F I N I S.

